

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Sanctitas uel sanctus q
cum uariis

Qui sanctorum merita religiosa caritate miratur, quicumque iustorum glorias frequenti laude colloquitur, eorum mores sanctos atque iusticiam imitetur; quoniam quem delectat alicuius sancti meritum, delectare debet par circa cultum Dei obsequium. Quare autem imitari debet, si laudet, aut laudare non debet; si imitari detrectat ut qui sanctorum merita admiratur, mirabilis ipse uite sanctitate reddatur.

Crisostomus sermone de confessoribus.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Sanctitas uel sanctus q] Sanctitas uel sanctus r P V¹ V² L¹ L²; imitetur] premitetur M; debet] decet L²; autem] aut P V¹ V² L¹ L²; laudet] laudat P V¹ V² L¹ L²; si laudet aut laudare non debet *om. (cor. in marg.)* M; detrectat] decertat P V¹, detractat V²; admiratur] amitratur (*cor. intra*) C